

## CAPUT XX

*Una autem Sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, et vidit lapidem sublatum a monumento*<sup>1</sup>.

Una Sabbati est, quam jam diem Dominicam propter Domini resurrectionem mos Christianus appellat: quam Matthaeus solus in evangelistis primam Sabbati nominavit.

*Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem amabat Jesus, et dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum*<sup>2</sup>. Nonnulli Codices etiam Graeci habent: *Tulerunt Dominum meum*, quod videri dictum potest propensiore charitatis vel famulatus affectu. Sed hoc in pluribus Codicibus, quos in promptu habuimus, non invenimus.

*Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum*<sup>3</sup>. Advertenda hic et commendanda recapitulatio, quomodo reditum est ad id quod fuerat praetermissum, et tamen quasi hoc sequeretur, adjunctum est. Cum enim jam dixisset: Venerunt ad monumentum, regressus ut narret quomodo venerint, atque ait: *Currebant autem duo simul*, etc. Ubi ostendit quod praecurrens ad monumentum prior venerit alius ille discipulus quem seipsum significat, sed tanquam de alio cuncta narrat.

*Et cum se inclinasset*, inquit, *vidit posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum*<sup>4</sup>. Putamusne nihil ista significant? Nequaquam id putaverim, sed ad alia festinamus, in quibus immorari quaestionis vel obscuritatis alicujus necessitate compellimur. Nam ista quae per seipsa manifesta sunt, quid singula etiam significant quaerere, sanctae quidem deliciae sunt, sed otiosorum, quod non sumus nos.

*Tunc ergo introiit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum*<sup>5</sup>. Prior venit, posterior intravit. Nec hoc utique vacat, sed mihi ad ista non vacat.

*Et vidit*, inquit, *et credidit*.<sup>6</sup> Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Joannem credidisse quod Jesus resurrexerit. Sed quod sequitur, non hoc indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiunxit:

*Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere*<sup>7</sup>. Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere.

Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, et credidit quod dixerat mulier, eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oporteret eum a mortuis resurgere. Et ideo quando id ab ipso Domino audiebant, quamvis apertissime diceretur, consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, et aliquid aliud eum significare credebant.

Sublatum esse Dominum de monumento discipulis ejus Petro et Joanni nuntiaverat Maria Magdalene; quo illi venientes invenerunt sola linteamina quibus corpus fuerat involutum. Et quid aliud credere potuerunt, nisi quod illa dixerat, quod etiam ipsa crediderat?

*Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli* (id est, ubi habitabant, et unde ad

## CAPO 20

*Il primo giorno della settimana, Maria di Màgdala si recò al sepolcro di mattino, quando era ancora buio, e vide che la pietra era stata tolta dal sepolcro.* Il primo giorno della settimana è quello che, a causa della risurrezione del Signore, l’uso cristiano chiama giorno “del Signore”, e che Matteo, solo tra gli evangelisti, ha chiamato primo giorno della settimana<sup>8</sup>.

*Corse allora e andò da Simon Pietro e dall’altro discepolo, quello che Gesù amava, e disse loro: «Hanno portato via il Signore dal sepolcro e non sappiamo dove l’hanno posto!»* Alcuni codici, anche greci, riportano: *Hanno portato via il mio Signore*; espressione che può essere vista come maggior slancio affettivo o di devozione. Ma nei numerosi codici di cui disponiamo non l’abbiamo trovata.

*Pietro allora uscì insieme all’altro discepolo e si recarono al sepolcro. Correvano insieme tutti e due, ma l’altro discepolo corse più veloce di Pietro e giunse per primo al sepolcro.* Qui c’è da notare e da sottolineare un ripensamento: come si sia riandati ad un particolare che era stato tralasciato, e però è stato aggiunto come se venisse di seguito. Benché infatti avesse già detto: *Si recarono al sepolcro*, torna indietro per narrare in che modo si recarono, e dice: *Correvano insieme tutti e due*, ecc. Così informa che, correndo avanti, arrivò per primo al sepolcro quell’altro discepolo (con cui indica se stesso), ma narra il tutto come [si trattasse] di un altro.

*Si chinò, - disse - vide i teli posati là, ma non entrò.*

*Giunse intanto anche Simon Pietro, che lo seguiva, ed entrò nel sepolcro e osservò i teli posati là, e il sudario, che era stato sul suo capo, non posato con i teli, ma avvolto in un luogo a parte.* Forse pensiamo che ciò non significhi nulla? Non lo penserei proprio, ma passiamo ad altro, sui cui saremo costretti a soffermarci, a causa di qualche problema od oscurità. Infatti cercare cosa significhi ogni singola cosa già di per sé chiara, sono certamente sante delizie, ma per oziosi, il che noi non siamo.

*Allora entrò anche l’altro discepolo, che era giunto per primo al sepolcro.* Arrivò per primo, entrò dopo. Non è affatto insignificante, ma non ho tempo da dedicarvi.

*E vide, - dice - e credette.* Qui alcuni poco attenti ritengono che Giovanni abbia creduto che Gesù era risorto. Ma ciò che segue non indica questo. Cosa significa, infatti, quanto subito aggiunse:

*Infatti non avevano ancora compreso la Scrittura, che cioè egli doveva risorgere dai morti?* Dunque non credette che fosse risorto, colui che non sapeva dovesse risorgere. Cosa vide dunque? cosa credette? Vide di certo il sepolcro vuoto, e credette ciò che aveva detto la donna, che Egli era stato portato via dal sepolcro. *Infatti non avevano ancora compreso la Scrittura, che cioè egli doveva risorgere dai morti.* E per questo quando udivano ciò dal Signore stesso, benché fosse detto in modo molto chiaro, per la consuetudine di ascoltare da lui parabole, non capivano, o credevano che egli si riferisse ad altra cosa.

### TRACTATUS CXX - sequentia

**6.** *Una autem sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum; et vidit lapidem sublatum a monumento.*

Una sabbati est, quem iam diem dominicum propter Domini resurrectionem mos Christianus appellat: quem Matthaeus solus in Evangelistis primam sabbati nominavit.

*Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem amabat Iesus; et dicit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum.* Nonnulli codices etiam graeci habent: *Tulerunt Dominum meum*, quod videri dictum potest propensiore caritatis vel famulatus affectu; sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus, non invenimus.

*7. Exiit ergo Petrus et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum.* Advertenda hic et commendanda est recapitulatio, quomodo reditum est ad id quod fuerat praetermissum; et tamen quasi hoc sequeretur adiunctum est. Cum enim iam dixisset, *venerunt ad monumentum*, regressus est ut narraret quomodo venerunt; atque ait, *currebant autem duo simul*, etc. Ubi ostendit quod praecurrens ad monumentum prior venerit alius ille discipulus, quem seipsum significat, sed tamquam de alio cuncta narrat.

**8.** *Et cum se inclinasset*, inquit, *vidit posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.* Putamusne nihil ista significant? Nequaquam hoc putaverim. Sed ad alia festinamus, in quibus immorari quaestionis vel obscuritatis alicuius necessitate compellimur. Nam ista quae per seipsa manifesta sunt, quid singula etiam significant, quaerere sanctae quidem deliciae sunt, sed otiosorum, quod non sumus nos.

**9.** *Tunc ergo introiit, et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum.* Prior venit, et posterior intravit. Neque hoc utique vacat, sed mihi ad ista non vacat.

*Et vidit*, inquit, *et credidit*. Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Ioannem credidisse, quod Iesus resurrexit; sed quod sequitur, hoc non indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiunxit:

*Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportet eum a mortuis resurgere?* Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere.

Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, et credidit quod dixerat mulier, eum de monumento esse sublatum. *Nondum enim sciebant Scripturam, quia oporteret eum a mortuis resurgere.* Et ideo quando id ab ipso Domino audiebant, quamvis apertissime diceretur; consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intellegebant, et aliquid aliud eum significare credebant.

Sed ea quae sequuntur in sermonem alium differamus.

### TRACTATUS CXXI

*Noli me tangere, nondum enim adscendi ad Patrem meum* (Io 20, 10-29).

*Noli me tangere.* Noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapis; noli tuum sensum huc usque pertendere quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es.

**1.** Sublatum esse Dominum de monumento, discipulis eius Petro et Ioanni nuntiaverat Maria Magdalene: quo illi venientes, invenerunt sola linteamina, quibus corpus fuerat involutum; et quid aliud credere potuerunt, nisi quod dixerat, quod etiam ipsa crediderat?

*Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli:* id est, ubi habitabant, et unde ad

<sup>[1]</sup> Gv 20, 1

<sup>[2]</sup> Gv 20, 2

<sup>[3]</sup> Gv 20, 3-4

<sup>[4]</sup> Gv 20, 5-7

<sup>[5]</sup> Gv 20, 8

<sup>[6]</sup> Gv 20, 8

<sup>[7]</sup> Gv 20, 9. La formula con cui inizia il periodo è decisamente interrogativa e pretenderebbe qui un punto interrogativo, forse sfuggito all’editore.

<sup>[8]</sup> Cfr Mt 28, 1. In realtà, Matteo lo chiama “primo dopo il Sabato”, giorno che conclude la settimana secondo il racconto biblico della creazione.

monumentum cucurrerant); *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans*<sup>9</sup>. Viris enim redeuntibus, infirmio**rem sexum in eodem loco fortior figebat affectus**; et oculi qui Dominum quaesierant, et non invenerant, lacrymis jam vacabant, amplius dolentes quod fuerat sublatus de monumento, quam quod fuerat occisus in ligno, quoniam magistri tanti, cujus eis vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat.

Tenebat itaque ad monumentum jam dolor iste mulierem.

*Dum ergo fleret, inclinavit se, et prospexit in monumentum*<sup>10</sup>. Cur hoc fecerit, nescio; non enim nesciebat non ibi esse jam quem quaerebat, quando quidem inde sublato et discipulis ipsa nuntiaverat, et illi ad monumentum venerant, et non solum intuendo, sed etiam intrando corpus Domini quaesierant, nec invenerant.

Quid ergo sibi vult quod ista cum fleret, rursus in monumentum inclinata prospexit? Utrum quod nimium dolebat, nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum? An potius divino instinctu in animo ejus effectum est ut prospiceret? Prospexit enim:

*Et vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu*<sup>11</sup>. Quid est quod unus ad caput, ad pedes alter sedebat?

An quoniam qui Graece angeli dicuntur, Latine sunt nuntii, isto modo Christi evangelium velut a capite usque ad pedes, ab initio usque ad finem significabant esse nuntiandum?

*Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum*<sup>12</sup>. Angeli lacrymas prohibebant, ubi quid aliud quam futurum quodammodo gaudium nuntiabant? Ita enim dixerunt *Quid ploras?* ac si dicerent: Plorare noli. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodidit lacrymarum:

*Quia tulerunt, inquit, Dominum meum.*

Dominum suum vocans, Domini sui corpus exanime, a toto partem significans: sicut omnes **confitentur** Jesum Christum Filium Dei unicum Dominum nostrum, quod utique est simul et Verbum et anima et caro, crucifixum tamen et sepultum, cum sola ejus sepulta sit caro. *Et nescio, inquit, ubi posuerunt eum.* Haec erat causa major doloris, quia nesciebat quo iret ad consolandum dolorem. Sed hora jam venerat qua id quod nuntiatum quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus, gaudium succederet fletibus.

*Denique cum haec dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Jesum stantem, et nesciebat quia Jesus est. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem quaeris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei Jesus, Maria. Conversa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister*<sup>13</sup>. Nemo calumniatur mulierem, quod hortulanum dixerit Dominum, et Jesum magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem, a quo beneficium postulabat:

appellabat dominum, cujus ancilla non erat, ut per eum perveniret ad Dominum cujus erat. Aliter ergo Dominum dixit: *Sustulerunt Dominum meum*, aliter autem:

*Domine, si tu sustulisti eum.* Nam et prophetae appellaverunt dominos eos qui homines erant, sed aliter illum de quo scriptum est: *Dominus nomen ei* (Amos IX). Sed ista mulier quae jam fuerat conversa retrorsum, ut videret Jesum, quando eum putavit esse hortulanum, et cum illo utique loquebatur, quomodo rursus conversa dicitur, ut ei diceret *Rabboni*, nisi quia tunc conversa corpore, quod non erat putavit: nunc corde conversa, quod erat agnovit?

*Dicit ei Jesus: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dicito eis: Ascendo ad Patrem meum, et ad Patrem vestrum, et Deum meum, et Deum vestrum*<sup>14</sup>. Est in his verbis quod breviter quidem, sed tamen

da dove erano corsi al sepolcro). *Maria invece stava all'esterno, vicino al sepolcro, e piangeva.* Mentre gli uomini tornarono via, il sesso più debole era inchiodato a quel luogo da un affetto più forte; e gli occhi che avevano cercato il Signore e non lo avevano trovato, ormai erano pieni di lacrime, dolenti più per il fatto che era stato portato via dal sepolcro, che per essere stato ucciso sulla croce, perché ora di un tal maestro, la cui vita era stata loro sottratta, non rimaneva neppure la memoria. Il dolore dunque tratteneva questa donna al sepolcro.

*Mentre piangeva, si chinò e guardò dentro al sepolcro.* Perché abbia fatto ciò, non lo so; infatti non ignorava che non era più lì quello che cercava, dato che lei stessa aveva annunciato ai discepoli che era stato portato via da lì; ed essi erano venuti al sepolcro, e non solo guardando ma anche entrando avevano cercato il corpo del Signore e non lo avevano trovato. Cosa dunque significa che ella, piangendo, inchinata guardò di nuovo nel sepolcro? Forse riteneva che, per il troppo dolore, non si dovesse dare facile credito agli occhi suoi e di quelli? O piuttosto per ispirazione divina nel suo animo avvenne che guardasse? Guardò, infatti:

*E vide due angeli in bianche vesti, seduti l'uno dalla parte del capo e l'altro dei piedi, dove era stato posto il corpo di Gesù.* Perché uno sedeva al capo e l'altro ai piedi? Forse perché quelli che in greco sono detti angeli, e in latino sono i messaggeri, in questo modo indicavano che il vangelo di Cristo deve essere annunciato dal principio sino alla fine, come dal capo ai piedi?

*Ed essi le dissero: «Donna, perché piangi?». Rispose loro: «Hanno portato via il mio Signore e non so dove l'hanno posto».* Gli angeli proibivano le lacrime; e così, che altro annunziavano se non, in qualche modo, il gaudium futuro? Infatti dissero così: *Perché piangi?*, come se dicessero: Non piangere! Ma lei spiegò la causa delle lacrime, credendo che essi la interrogassero non sapendo: *Hanno portato via* - dice - *il mio Signore*. Chiama suo Signore il corpo esanime del suo Signore, col tutto indicando una parte; così come tutti confessano Gesù Cristo Figlio di Dio unico, nostro Signore,<sup>24</sup> che è nello stesso tempo Verbo e anima e carne, e tuttavia crocifisso e sepolto, sebbene sia stata sepolta soltanto la sua carne. *E non so dove l'hanno posto.* Era questa la maggior causa di dolore: non sapeva dove recarsi per dare conforto al dolore. Ma ormai era giunta l'ora in cui il gaudium, annunciato dagli angeli che avevano proibito di piangere, sarebbe succeduto alle lacrime.

Infine, detto questo, si voltò indietro e vide Gesù, in piedi; ma non sapeva che fosse Gesù. *Le disse Gesù: «Donna, perché piangi? Chi cerchi?».* Ella, pensando che fosse il custode del giardino, gli disse: *«Signore, se l'hai portato via tu, dimmi dove l'hai posto e io andrò a prenderlo».* Gesù le disse: *«Maria!».* Ella si voltò e gli disse in ebraico: *«Rabbuni!»* – che significa: *«Maestro!»*.. Nessuno rimproveri la donna per aver chiamato Signore il giardiniere, e maestro Gesù. In un caso infatti chiede, nell'altro riconosce. Nel primo caso rende onore a un uomo al quale chiede un favore;

chiama signore uno di cui non è serva, per giungere, grazie a lui, al Signore di cui lo era. In un caso dice Signore: *Hanno portato via il mio Signore*, nell'altro invece: *Signore, se l'hai portato via tu*. Infatti anche i profeti chiamavano signori quelli che erano uomini, ma in ben altro modo quello di cui è scritto: *Signore è il suo nome* (Am 9, 6)<sup>25</sup>. Ma questa donna, che già si era voltata per guardare Gesù quando credeva che egli fosse il giardiniere e per parlare con lui, perché si dice che si è di nuovo voltata, per dirgli: *Rabboni*, se non perché prima, voltatasi col corpo, lo aveva preso per quel che non era, ed ora, voltatasi col cuore, lo riconosce qual è?

*Gesù le disse: «Non mi trattenere, perché non sono ancora salito al Padre; ma va' dai miei fratelli e di' loro: "Salgo al Padre mio e Padre vostro, Dio mio e Dio vostro"»* (Gv 20, 17). C'è in queste parole qualcosa che dobbiamo considerare con molta

monumentum cucurrerant. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Viris enim redeuntibus, infirmio**rem sexum in eodem loco fortior figebat affectus**.

Et oculi qui Dominum quaesierant et non invenerant,

lacrymis iam vacabant, amplius dolentes quod fuerat de monumento

ablatus, quam quod fuerat in ligno occisus; quoniam magistri tanti, cuius eis vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat.

Tenebat itaque ad monumentum iam dolor iste mulierem.

*Cum ergo fleret, inclinavit se et prospexit in monumentum.* Cur hoc fecerit nescio. Non enim nesciebat non ibi esse iam quem quaerebat; quandoquidem inde sublato et discipulis ipsa nuntiaverat; et illi ad monumentum venerant, et non solum intuendo, sed etiam intrando corpus Domini quaesierant, nec invenerant.

Quid tibi ergo vult quod ista cum fleret, rursum in monumentum inclinata prospexit? Utrum quod nimium dolebat, nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum? An potius divino instinctu in animo eius effectum est ut prospiceret? Prospexit enim:

*Et vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu.* Quid est quod unus ad caput, et ad pedes alter sedebat?

An, quoniam qui graece Angeli dicuntur, latine sunt nuntii, isto modo Christi Evangelium velut a capite usque ad pedes, ab initio usque in finem significabant esse nuntiandum?

*Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* Angeli lacrymas prohibebant: ubi quid aliud quam futurum quodammodo gaudium nuntiabant? Ita enim dixerunt: *Quid ploras?* ac si dicerent: Noli plorare. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodit lacrymarum. *Quia tulerunt, inquit, Dominum meum.*

Dominum suum vocans corpus exanime Domini sui, a toto partem significans; sicut omnes **confitemur** Iesum Christum Filium Dei unicum Dominum nostrum, quod utique simul est et Verbum et anima et caro, crucifixum tamen et sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. *Et nescio, inquit, ubi posuerunt eum.* Haec erat causa maior doloris, quia nesciebat quo iret ad consolandum dolorem. Sed hora iam venerat qua id quod nuntiatum quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus, gaudium succederet fletibus.

**In illa femina figurabatur Ecclesia de gentibus.**

**2.** *Denique haec cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Iesum stantem, et non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quaeris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conversa illa dicit ei: Rabboni; quod dicitur Magister.* Nemo calumniatur mulieri quod hortulanum dixerit dominum, et Iesum Magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnoscebat: ibi honorabat hominem a quo beneficium postulabat; hic recolebat doctorem a quo discernere humana et divina discebat.

Appellabat dominum cuius ancilla non erat, ut per eum perveniret ad Dominum cuius erat. Aliter ergo Dominum dixit: *Sustulerunt Dominum meum*; aliter autem:

*Domine, si tu sustulisti eum.* Nam et Prophetae appellaverunt dominos eos qui homines erant; sed aliter illum de quo scriptum est: *Dominus nomen ei*. Sed ista mulier quae iam fuerat conversa retrorsum ut videret Iesum, quando eum putavit esse hortulanum, et cum illo utique loquebatur, quomodo rursus conversa dicitur, ut ei diceret: *Rabboni*; nisi quia tunc conversa corpore, quod non erat, putavit, nunc corde conversa, quod erat agnovit?

**3.** *Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* Est in his verbis quod breviter quidem, sed tamen attentius

<sup>9</sup> Gv 20, 10-11

<sup>10</sup> Gv 20, 11; NCEI traduce: “Mentre piangeva, si chinò verso il sepolcro”, tuttavia mi sembra opportuno non perdere le due azioni: chinarsi e guardare dentro.

<sup>11</sup> Gv 20, 12

<sup>12</sup> Gv 20, 13

<sup>13</sup> Gv 20, 14-16

<sup>14</sup> Gv 20, 17

<sup>24</sup> Sono stato a lungo indeciso a chi attribuire “unicum”, in quanto mi pare che la grammatica consenta di legarlo sia a “Filiium” che a “Dominum”, e la sua collocazione fra i due non aiuta. La soluzione più lineare è certo “Figlio unico di Dio”, ma, forse per la consuetudine con gli incipit delle proclamazioni liturgiche ambrosiane, in questo caso mi pare confermare quel “Dominum meum” appena prima pronunciato da Maria di Magdala per esprimere tutto il suo affetto verso il Signore; così noi lo sentiamo “unico Signore nostro”, non abbiamo un cuore diviso. La soluzione adottata vuole lasciare la possibilità di scelta.

<sup>25</sup> La traduzione italiana del testo agostiniano cita Sal 67, 5

attentius pertractare debeamus. Jesus quippe mulierem quae illum magistrum agnovit et appellavit, cum haec ei responderet, fidem docebat; et hortulanus ille in ejus corde tanquam in horto suo granum sinapis seminabat. Quid est ergo: *Noli me tangere?* et tanquam hujus prohibitionis causa quaereretur, adjunxit: *Nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Quid est hoc? Si stans in terra non tangitur, sedens in coelo quomodo ab homine tangeretur? qui certe antequam ascenderet, discipulis se tangendum obtulit, dicens, sicut Lucas evangelista testatur: *Palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere* (Luc. XXIV). Vel quando dixit discipulo Thomae: *Infer digitum tuum hic, et vide manus meas; et affer manum tuam, et mitte in latus meum*<sup>15</sup>. Quis autem sit tam absurdus, ut dicat eum a discipulis quidem antequam ad Patrem ascendisset, voluisse se tangi, a mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad Patrem?

Sed ne qui sic vellet desipere sineretur, leguntur etiam feminae post resurrectionem, antequam ad Patrem ascenderet, tetigisse Christum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalene, narrante Matthaео quod occurrit illis Jesus dicens: *Avete. Illae autem accesserunt*, inquit, *et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum* (Matth. XXVIII). Hoc a Joanne praetermissum est, sed a Matthaео verum dictum. Restat ergo ut aliquod in his verbis lateat sacramentum: quod sive inveniamus, sive invenire minime valeamus, inesse tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, ut in illa femina figuraretur Ecclesia de gentibus, quae in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad Patrem, aut sic in se credi voluisse Jesus, hoc est sic se spiritualiter tangi, quod ipse et Pater unum sint. Ejus quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit, ut Patri agnoscat aequalem. Aliter non recte tangitur, id est, aliter in eum non recte creditur. Poterat autem sic credere Maria, ut eum putaret imparem Patri. Quod utique prohibetur cum dicitur ei: *Noli me tangere*, id est, noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapis. Noli tuum sensum hucusque pertendere, quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? *Nondum enim*, inquit, *ascendi ad Patrem meum*. Ibi me tanges, quando me credideris Patri non imparem Deum. *Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et ad Patrem vestrum*. Non ait Patrem nostrum. Aliter ergo *meum*, aliter *vestrum*. Natura meum, gratia vestrum. *Et Deum meum, et Deum vestrum*. Neque hic dixit Deum nostrum. Ergo et hic aliter *meum*, aliter *vestrum*. Deum meum, sub quo et homo sum. Deum vestrum, inter quos et ipsum mediator sum.

*Venit Maria Magdalene nuntians discipulis, quia vidi Dominum, et haec dixit mihi. Cum esset ergo sero die illa una Sabbatorum, et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus, et stetit in medio discipulorum, et dicit eis: Pax vobis; et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus*<sup>16</sup>. Clavi enim manus fixerant,

lancea latus aperuerat. Ubi ad dubitantium corda sananda, vulnere sunt servata vestigia. Moli autem corporis, ubi divinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente virginitas inviolata permansit.

*Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis*<sup>17</sup>. Iteratio, confirmatio est. Ipse quippe per Prophetam promisit pacem super pacem. *Sicut misit me Pater*, inquit, *et ego mitto vos*<sup>18</sup>. Aequalem Patri filium novimus, sed hic verba Mediatoris agnoscimus, medium quippe se ostendit dicendo. Ille me, et ego vos.

*Haec cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum*<sup>19</sup>. Insufflando significavit Spiritum sanctum, non Patris solius esse spiritum, sed et suum.

*Quorum remisistis*, inquit, *peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt*<sup>20</sup>. Ecclesiae caritas, quae per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris,

attenzione, benché in breve. Di certo Gesù, rispondendo così, insegnava la fede alla donna che lo aveva riconosciuto e chiamato maestro: e, da giardiniere, seminava nel cuore di lei, come nel suo campo, il granello di senape. Cos'è quindi: *Non mi trattenero?* e, quasi necessitato a causa di questa proibizione, aggiunge: *perché non sono ancora salito al Padre*. Che vuol dire? Se mentre sta in terra non viene toccato, come potrebbe essere toccato da un uomo quando siederà in cielo? lui che, del resto, prima di ascendere, si offrì ai discepoli per essere toccato, come attesta l'evangelista Luca: *Toccatemi e guardate; un fantasma non ha carne e ossa, come vedete che io ho* (Lc 24, 39). O quando disse al discepolo Tommaso: *Metti qui il tuo dito e guarda le mie mani; tendi la tua mano e mettila nel mio fianco*. Chi d'altronde sarebbe tanto assurdo da dire che Egli volle, sì, essere toccato dai discepoli prima di ascendere al Padre, ma non volle essere toccato dalle donne se non dopo essere asceso al Padre? Ma, per quanto uno si sforzi di voler essere insensato in questo modo, si legge che anche le donne dopo la risurrezione, prima che egli ascendesse al Padre, abbiano toccato Cristo, e tra queste c'era la stessa Maria Maddalena, secondo quanto narra Matteo che *Gesù venne loro incontro e disse: «Salute a voi!». Ed esse si avvicinarono, gli abbracciarono i piedi e lo adorarono* (Mt 28, 9). Ciò è stato omesso da Giovanni, ma è attestato da Matteo. Rimane che in queste parole si nasconda un qualche mistero; e sia che lo scopriamo, sia che non siamo minimamente in grado di scoprirlo, tuttavia non dobbiamo in nessun modo dubitare che ci sia. O dunque viene detto così: *Non mi toccare, perché non sono ancora salito al Padre*, perché in quella donna era raffigurata la Chiesa proveniente dai gentili, che non credette in Cristo se non dopo che fu asceso al Padre; o perché Gesù voleva che si credesse in lui così, cioè che lo si toccasse spiritualmente, perché egli e il Padre sono una cosa sola. Chi ha così progredito in Lui da riconoscerlo uguale al Padre, davvero nell'intimo del suo spirito in qualche modo è asceso al Padre. Altrimenti non lo si tocca rettamente, cioè altrimenti non si crede in lui rettamente. Maria dunque avrebbe potuto credere così, da ritenerlo non uguale al Padre. Il che è certo proibito, col dirle: *Non mi toccare*, cioè non credere in me così come sei capace sino ad ora. Non fermare la tua attenzione su ciò che sono diventato per te, senza spingerti a ciò per cui tu sei stata fatta. Come infatti credeva non più carnalmente in lui, che piangeva come uomo? *Non sono ancora salito* - dice – *al Padre mio*. Lì mi toccherai quando mi avrai creduto Dio, non inferiore al Padre. *Ma va' dai miei fratelli e di' loro: “Salgo al Padre mio e Padre vostro”*. Non dice Padre nostro. Altro dunque è *mio*, ed altro *vostro*. Per natura, mio, per grazia, vostro. *Dio mio e Dio vostro*. Nemmeno qui dice Dio nostro. Dunque anche qui altro è *mio*, ed altro *vostro*. È Dio mio: sono soggetto a lui in quanto uomo. È Dio vostro: fra voi e lui io sono mediatore.

*Maria di Màgdala andò ad annunciare ai discepoli: «Ho visto il Signore!» e ciò che le aveva detto. La sera di quel giorno, il primo della settimana, mentre erano chiuse le porte del luogo dove si trovavano i discepoli per timore dei Giudei, venne Gesù, stette in mezzo e disse loro: «Pace a voi!». Detto questo, mostrò loro le mani e il fianco. I chiodi infatti avevano trafitto le mani, la lancia aveva aperto il fianco. E lì erano rimaste le tracce delle ferite per sanare il cuore dei dubbiosi. Le porte chiuse non si opposero alla mole del corpo in cui era la divinità. Potè infatti entrare a porte non aperte Lui, per la cui nascita la verginità rimase inviolata.*

*E i discepoli gioirono al vedere il Signore. Gesù disse loro di nuovo: «Pace a voi!». La ripetizione è conferma. Infatti lui stesso per mezzo del profeta aveva promesso pace su pace*<sup>26</sup>. *Come il Padre ha mandato me, - dice – anche io mando voi*. Avevamo conosciuto il figlio uguale al Padre, ma qui riconosciamo le parole del Mediatore; si palesa, infatti, come mezzo, dicendo: Egli me e io voi.<sup>27</sup>

*Detto questo, soffiò e disse loro: «Ricevete lo Spirito Santo». Alitando, vuol significare che lo Spirito Santo non è soltanto spirito del Padre, ma anche suo.*

*«A coloro a cui perdonerete i peccati, saranno perdonati; a coloro a cui non perdonerete, non saranno perdonati»*. La carità della Chiesa, che per mezzo dello

pertractare debemus. Iesus quippe mulierem quae illum magistrum agnovit et appellavit, cum haec ei responderet, fidem docebat; et hortulanus ille in eius corde, tamquam in horto suo granum sinapis seminabat. Quid est ergo: *Noli me tangere?* Et tamquam huius prohibitionis causa quaereretur, adiunxit, *nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Quid est hoc? Si stans in terra non tangitur, sedens in coelo quomodo ab hominibus tangeretur? Qui certe antequam ascenderet, discipulis se tangendum obtulit dicens, sicut Lucas evangelista testatur: *Palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere*: vel quando dixit discipulo Thomae: *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum*. Quis autem tam sit absurdus, ut dicat eum a discipulis quidem antequam ad Patrem ascendisset, voluisse se tangi; a mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad Patrem?

Sed nec sic, qui vellet, desipere sineretur. Leguntur **enim** etiam feminae post resurrectionem antequam ad Patrem ascenderet, tetigisse Iesum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalene, narrante Matthaео quod occurrerit illis Iesus dicens: *Avete. Illae autem accesserunt*, inquit, *et tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum*. Hoc a Ioanne praetermissum est, sed a Matthaео verum dictum. Restat ergo ut aliquod in his verbis lateat sacramentum; quod sive inveniamus, sive invenire minime valeamus, inesse tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, ut in illa femina figuraretur Ecclesia de Gentibus, quae in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad Patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritaliter tangi, quod ipse et Pater unum sint. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad Patrem, qui sic in eo profecerit ut Patri agnoscat aequalem: aliter non recte tangitur, id est, aliter non recte in eum creditur.

Poterat autem sic credere Maria, ut eum putaret imparem Patri, quod utique prohibetur cum ei dicitur: *Noli me tangere*: id est: Noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapis; noli tuum sensum huc usque pertendere quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? *Nondum enim ascendi*, inquit, *ad Patrem meum*: ibi me tanges, quando me credideris Patri non imparem Deum. *Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum*. Non ait: Patrem nostrum: aliter ergo meum, aliter vestrum; natura meum, gratia vestrum. *Et Deum meum, et Deum vestrum*. Neque hic dixit: Deum nostrum: ergo et hic aliter meum, aliter vestrum; Deum meum sub quo et ego homo sum, Deum vestrum inter quos et ipsum mediator sum.

**4.** *Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, et haec dixit mihi. Cum esset ergo sero die illa una sabbatorum, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum, venit Iesus, et stetit in medio, et dicit eis: Pax vobis Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus*. Clavi enim manus fixerant,

lancea latus eius aperuerat: ubi ad dubitantium corda sananda, vulnere sunt servata vestigia. Moli autem corporis ubi divinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inviolata permansit. *Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis*. Iteratio confirmatio est; ipse quippe dat per prophetam promissam pacem super pacem. *Sicut misit me Pater*, inquit, *et ego mitto vos*. Aequalem Patri Filium novimus, sed hic verba Mediatoris agnoscimus.

Medium quippe se ostendit dicendo: Ille me, et ego vos.

*Hoc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum*. Insufflando significavit Spiritum sanctum non Patris solius esse Spiritum, sed et suum.

*Quorum remisistis*, inquit, *peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt*. Ecclesiae caritas quae per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris,

<sup>[1]</sup> Gv 20, 27

<sup>[2]</sup> Gv 20, 18-20

<sup>[3]</sup> Gv 20, 20-21

<sup>[4]</sup> Gv 20, 21

<sup>[5]</sup> Gv 20, 22

<sup>[6]</sup> Gv 20, 23

<sup>[7]</sup> Cfr Is 26, 3

<sup>[8]</sup> È sottinteso il verbo “mittere / mandare”.

participum suorum peccata dimittit.

Eorum autem qui non sunt ejus participes, tenet.

Ideo posteaquam dixit: *Accipite Spiritum sanctum*, continuo de peccatorum remissione subjecit:

*Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum; ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus, et Thomas cum eis: Venit Jesus januis clausis, et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam*<sup>21</sup>, etc.

Videbat tangebaturque hominem, et confitebatur Deum quem non videbat, neque tangebatur. Sed per hoc quod videbat, atque tangebatur, illud iam remota dubitatione credebat; dicit ei Jesus:

*Quia vidisti me, credidisti*<sup>22</sup>. Non ait Tetigisti me, sed *vidisti me*, quoniam generalis quodammodo sensus est visus. Nam et per alios quatuor sensus nominari solet, velut cum dicimus: Audi et vide quam bene sonet, Olfac et vide quam bene oleat, Gusta et vide quam bene sapiat, Tange et vide quam bene caleat. Ubique sonuit *vide*, cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere.

Unde et hic ipse Dominus:

*Infer*, inquit, *digitum tuum, et vide manus meas*. Et quid aliud ait quam tange et vide? nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo sive intuendo, sive etiam tangendo. *Quia vidisti me*, inquit, *credidisti*, quamvis dici posset, non ausum fuisse discipulum tangere cum se offerret ille tangendum. Non enim scriptum est: Et tetigit Thomas, sed sive aspiciendo tantum, sive etiam tangendo viderit et crediderit, illud quod sequitur, magis gentium fidem praedicat atque commendat.

*Beati qui non viderunt, et crediderunt*<sup>23</sup>. Praeteriti temporis usus est verbis, tanquam ille qui quod erat futurum in sua noverat praedestinatione iam factum.

*Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, et ut, credentes, vitam habeatis in nomine ejus.*

Hoc capitulum libri hujus indicat finem. Sed narratur hinc deinde quemadmodum se manifestaverit Dominus ad mare Tiberiadis, et in captura piscium commendaverit Ecclesiae sacramentum, qualis futura est in ultima resurrectione mortuorum. Ad hoc itaque commendandum valere arbitror, quod tanquam finis interpositus est libri, quod esset etiam secuturae narrationis quasi prooemium, quod ei quodammodo faceret eminentiorem locum.

Spirito Santo viene riversata nei nostri cuori, rimette i peccati ai suoi che ne sono partecipi. Trattiene invece quelli di coloro che non ne fanno parte. Per questo, dopo aver detto: *Ricevete lo Spirito Santo*, immediatamente soggiunse sulla remissione dei peccati:

*Tommaso, uno dei Dodici, chiamato Didimo, non era con loro quando venne Gesù. Gli dicevano gli altri discepoli: «Abbiamo visto il Signore!». Ma egli disse loro: «Se non vedo nelle sue mani il segno dei chiodi e non metto il mio dito nel segno dei chiodi e non metto la mia mano nel suo fianco, io non credo». Otto giorni dopo i discepoli erano di nuovo in casa e c'era con loro anche Tommaso. Venne Gesù, a porte chiuse, stette in mezzo e disse: «Pace a voi!». Poi disse a Tommaso: «Metti qui il tuo dito e guarda le mie mani; tendi la tua mano, ecc.*

Vedeva e toccava l'uomo, e confessava Dio che non vedeva, né toccava. Ma grazie a ciò che vedeva e toccava, rimosso ormai ogni dubbio, credeva; *Gesù gli disse*:

*«Perché mi hai veduto, tu hai creduto»*. Non dice: Mi hai toccato, ma *mi hai veduto*; poiché la vista è in qualche modo il senso onnicomprensivo. Infatti suole essere nominata anche per gli altri quattro sensi, come quando diciamo: Ascolta e vedi che bel suono, Aspira e vedi che buon profumo, Gusta e vedi che buon sapore, Tocca e vedi che buon caldo. Sempre risuona *vedi*, benché non si possa negare che la vista attenga agli occhi. Per cui anche il Signore qui dice:

*Metti qui*, dice, *il tuo dito e guarda le mie mani*. E che altro dice, se non tocca e vedi? ma non aveva certo gli occhi nel dito. Dunque è in gioco sia il vedere che il toccare. *Perché mi hai veduto* – dice –, *tu hai creduto*; benché si possa dire che il discepolo non osasse toccarlo, sebbene si offrisse di essere toccato. Infatti non è scritto: E Tommaso lo toccò, ma, sia che abbia soltanto guardato, sia che abbia anche toccato, vide e credette; ciò che segue esalta e loda, piuttosto, la fede delle genti.

*Beati quelli che non hanno visto e hanno creduto!* Usa il tempo passato, come chi, nella sua predestinazione, ha conosciuto come già fatto ciò che sarebbe avvenuto.

*Gesù, in presenza dei suoi discepoli, fece molti altri segni che non sono stati scritti in questo libro. Ma questi sono stati scritti perché crediate che Gesù è il Cristo, il Figlio di Dio, e perché, credendo, abbiate la vita nel suo nome.* (Gv 20, 30-31). Questo capitolo indica la fine di questo libro. Tuttavia qui di seguito si narra come il Signore si manifestò presso il mare di Tiberiade, e come nella cattura dei pesci adombrò il mistero della Chiesa quale sarà nell'ultima risurrezione dei morti. Pertanto reputo che ciò sia per sottolineare il fatto che viene frapposto quasi come conclusione del libro, per essere anche quasi introduzione alla successiva narrazione, per dare in qualche modo ad essa maggiore risalto.

participum suorum peccata dimittit:

eorum autem qui non sunt eius participes, tenet.

Ideo posteaquam dixit: *Accipite Spiritum sanctum*; **hoc** continuo de peccatorum remissione ac detentione subiecit.

**5.** *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus: Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam,*

*et mitte in latus meum; et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas et dixit ei: Dominus meus et Deus meus.*

Videbat tangebaturque hominem, et confitebatur Deum quem non videbat neque tangebatur; sed per hoc quod videbat atque tangebatur, illud iam remota dubitatione credebat. *Dicit ei Iesus*:

*Quia vidisti me, credidisti*. Non ait, tetigisti me;

sed, *vidisti me*: quoniam generalis quodammodo sensus est visus. Nam et per alios quatuor sensus nominari solet: velut cum dicimus: Audi et vide quam bene sonet, olfac et vide quam bene oleat, gusta et vide quam bene sapiat, tange et vide quam bene caleat. Ubique sonuit: Vide, cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere.

Unde et hic ipse Dominus:

*Infer*, inquit, *digitum tuum huc, et vide manus meas*: quid aliud ait quam: Tange et vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo sive intuendo, sive etiam tangendo: *Quia vidisti me*, inquit, *credidisti*. Quamvis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere, cum se offerret ille tangendum: non enim scriptum est: Et tetigit Thomas.

Sed sive aspiciendo tantum, sive etiam tangendo viderit et crediderit, illud quod sequitur, magis gentium fidem praedicat atque commendat:

*Beati qui non viderunt, et crediderunt*. Praeteriti temporis usus est verbis, tamquam ille qui quod erat futurum, in sua noverat praedestinatione iam factum.

Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est:

donabit Dominus ut de his quae restant alias disputemus.

## TRACTATUS CXXII

*Postea manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis* (Io 20, 30-31).

Hoc capitulum velut libri huius indicat finem; sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestaverit Dominus ad mare Tiberiadis, et in captura piscium commendaverit Ecclesiae sacramentum, quali futura est ultima resurrectione mortuorum.

**1.** Post narrationem rei gestae, in qua Thomas discipulus oblatis sibi tangendis in Christi carne vulnere locis, vidit quod credere nolebat et credidit; interponit haec evangelista Ioannes, et dicit:

*Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus Filius Dei; et ut credentes, vitam habeatis in nomine eius.*

Hoc capitulum velut libri huius indicat finem: sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestaverit Dominus ad mare Tiberiadis, et in captura piscium commendaverit Ecclesiae sacramentum, qualis futura est ultima resurrectione mortuorum. Ad hoc itaque commendandum valere arbitror, quod tamquam finis interpositus est libri, quod esset etiam secuturae narrationis quasi prooemium, quod ei quodammodo faceret eminentiorem locum,

quae narratio incipit ita: *Postea manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis; manifestavit autem sic Erant simul Simon Petrus et Thomas qui dicitur Didymus, et Nathanael qui erat a Cana Galilaeae, et filii Zebedaei, et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum.*

### SEQUITUR

<sup>21</sup> Gv 20, 24-27

<sup>22</sup> Gv 20, 29

<sup>23</sup> Gv 20, 29